

von Nussedelicz dy vor geschriben summe geldis alz obingeschrebin sted czu bezalzne of den nesten sentte Michils tag adir virczen tage darnach —. Ap wir sümig werden, daz wir sy nicht bezalttin — so glabe wir — in czu riten keyn Dresden in eyn erbar gasthüs, wo wir von en ingemant werdin vnd da inlegir haldin vnd dar vz nicht czu kommen, sy werdin denne bezalt ganz vnd gar houpgutis vnd schadin, den sy dar uff thun musten —. Ouch wen wir vorgeschrebin Rudolff bysschoff czu Missin vnd vnsir vorgnante burgen — wie No. 836 —. Daz wir alle dese vorgeschreben rede — halden wollin habe wir vnsir ingesigil wissentlich an desin briff lassin hengin, der gegeben ist nach Cristi gebürte virczenhundirt jar dar nach in dem czwelfften jare an nesten mantage nach Johannis ante portam latinam.

Nach dem Liber Rudolphi fol. 40 im Stiftsarchiv zu Meissen.

No. 843. 1412. 21. Mai.

*Transsumt der päbstl. Bullen vom 12. Dec. 1399 und 6. Juli 1405.*

In nomine domini amen. Nos Caspar officialis praepositurae Misnensis et vicarius perpetuus ecclesiae Misnensis recognoscimus et ad cunctorum notitiam deducimus per praesentes, quod sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo duodecimo indictione quinta die Saturni mensis Maii XXI hora tertiarum vel quasi in castro Misnensi in consistorio publico, ubi iura reddi consueverunt, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis divina providentia papae vicesimi tertii anno secundo in nostri ac subscripti nostri notarii publici testiumque infrascriptorum praesentia personaliter constitutus honorabilis vir dominus Hermannus Radestog canonicus dictae ecclesiae Misnensis litteras sanctissimorum in Christo patrum et dominorum dominorum Bonifacii noni necnon Innocentii eadem providentia papae septimi eorum veris bullis plumbeis in cordulis sericeis rubei et glauci coloris pendentibus more Romanae curiae bullatas sanas et integras ac omni prorsus vitio et suspicione carentes coram nobis exhibuit et produxit, supplicans nobis sinceriter et attente, quatenus huiusmodi litteras apostolicas per subscriptum nostrum notarium transsumi et in formam publicam redigi mandare dignaremur, ut huiusmodi transsumpto de ipsis apostolicis transscripto in iudicio vel extra adhiberi valeat plena fides. Nos huiusmodi litteris apostolicis et ipsarum bullis una cum subscripto nostro notario debite inspectis auscultatis et intellectis ipsas per eundem nostrum notarium subscriptum de verbo ad verbum nihil addendo vel minuendo quod sensum mutet aut variet intellectum transscribi mandavimus et in formam publicam redigi et transsumi. Quarum quidem litterarum apostolicarum videlicet domini Bonifacii papae noni tenor sequitur de verbo ad verbum et est talis:

Bonifacius ep. etc. — No. 751 — anno undecimo.

Tenor vero litterarum domini Innocentii papae septimi, de quibus supra fit mentio, sequitur per omnia et est talis:

Innocentius ep. etc. — No. 783 — anno primo.